Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35135
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



In vigilia epīe ad vs cplm.

Gaudete et laudate simul deserta ierusalem · quia consolatus est dominus populum suum · et redemit omnes fines terre salutare dei nostri.

Oratio

Deus qui hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius ut qui iam te ex fide cognovimus usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per dominum nostrum ihesum.

Purificationis Marie · Caplm

Ecce mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam · et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quaeritis · et angelus testamenti quem vos vultis.

Sequitur oratio.